

EXPOSITIO VII.



ICO autem vobis. Affirmo hoc vobis. Nemo virorum illorum. Quos à sua cœna excludebat, ac tanta pœna afficiebat virorum nomine voluit tamen aliqui afficere honore. Quomodo cecidisti de celo Lucifer. Itai. 14. num. 12. Cur Lucifer suam ferens lucem nuncupatur, cum sit tenebrarum pater; Vt, quia erat casu horridus, ex sua antiqua nobilitate saltem pœnes nomine, aliquid venustatis haberet. Qui vocati sunt. Illi nempe primi, qui vocati sunt, scilicet principes, ac primates Iudæorum. Non obicit illis, quod essent raptores, homicidæ; adulteri, sed tantum, quod vocati voluerunt venire: Deus enim ex sua infinita bonitate, cum peccata punit, culpas non exaggerat, vt faciunt homines, vt feuerius plectantur, sed per compendium, ac summam delictum refert. Gustabit cenam meam. Manducabit panem in regno Dei, illiusque participes erit. Quænam hæc pœna. Ipsi enim optarunt à conuiuio excludi, dixit enim vnusquisque, non possum venire, habe me excusatum. Nulla sane grauior, ac rigidior pœna infligitur impio, quam quod oprauit illi veniat, à suoque desiderio non fraudetur; ita enim cœna, ac deprauata est illius voluntas suo desiderio, ac voto, vt sibimet infidias tendat, ac pareat.

123.

Punitur nobilitetur. Itai. 14.

Iniquus sum optatis sibi malum procurat.

Proficiens via salutis à temporalibus ab horrens.

Mai. 18.

Labores hominibus dantur ad celestia.

121.

Deuter. 33.

Laboribus letandum enim illa tendamus in celum.

ciuitatem, ac ad viam salutis nondum pedem mouerant, & ideo solum mensam propositam dicit, ad illamque inuitat; at verò, qui iam à mundiali ciuitate exierant, & in via salutis, & in sepe, seu maceria, à temporalibus proficientes versabantur, hi vi, ac efficacia, multisque modis compellendi erant, vt carnalia relinquerent, mundialia renuntiarent, & in diuinum conuiuium intrarent. Ait Itaias 28. num. 9. Ablactatos à lacte; auulsos ab uberibus dicit: Ablatio à lacte non importat vim, vt eam denotat auulsio. Ablactati significant incipientes, auulsi verò proficientes, qui multis ditis, ac asperis cogendi sunt, vt carnalia dimittant, ac relinquunt. D. Chrysof. ferm. de Iob, & Abraham. Dicit enim ablactati à lacte, auulsi ab ubere; nondicit, ablactati ab ubere, sed auulsi. Proficientes enim ad perfectionem, coguntur, vt cedant à lactando.

Quartò. Qui in domibus, ac plateis ciuitatis versantur, hi voluptatibus incumbentes adumbrant, qui verò in viis, ac sepibus degunt, illos significant, qui iugiter laboribus insistant, quorum munus est procul à quiete discedere, & extra domorum, vrbiumque otium, ac voluptates degerere, vt pote nimirum incommodis, ac iniuriis temporum expositi, quos autem mundus à se abigens, operibus, ac oneribus diei, & æstus adigit, hos à dirione, ac læritia sua maxime excludit, qui autem laboribus pleni, à mundo, eiusque delectationibus sunt abdicati, ita diuini iuris censentur, vt in diuinum epulum, tanquam in ius suum cogantur intrare.

Moyse ben edicens singulis tribubus. Sic Zabulon, & Isachar affatur. Letare Zabulon in exitu tuo: Isachar in tabernaculis tuis. Iniriatos diuina sapientia exeuntes ad tabernacula, ac scholas diuinæ doctrinæ designat. Statim veluti rationem tantæ lætitiæ reddens subiungit. Qui inundationem maris, quasi lac sugent. Deuter. 33. num. 19: Mare dicit aquam saltam, amarâque; inundatio verò mare denotat procellis agitarum, & confluentibus vndique vndis verberatum; quid ergo in tanta tempestatum tribulatione, ac amaritudine exultare mandat Moyse. Letare Zabulon. Inde maxime lætandum, nam falsa molestiarum aqua, pelagusque mundi tempestate concitatum, sic virtutis amatoribus sitaue, ac incundum, veluti dulcissimum lac, cum ipsa laborum tempestate, tamquam quodam vehementi spiritu in caelestem gloriam deferantur. Stephanus apud Tilmanum. Inundatio maris, ait, est abundantia tribulationis; qua tunc sugitur, cum dulcis à iustis reputatur. Deniq; sicut lac nutrimentum est puerorum, sic tribulatio pabulum fit electorum.

Luc. 14. n. 24. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cenam meam.

VERSIONES.

Syriacus. Dico enim vobis, ne vnum quidem ex iis hominibus, qui vocati fuerant, gustabit ex cœna mea. Euthymius. Quod nullus virorum illorum.



CAPVT XXV.

Odiens patrem, & matrem.

Luc. 14. n. 26. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus.

VERSIONES.

Arabicus. Quicumque venit ad me, & non odit patrem, &c. etiam vsque ad animam suam. Simon Casian. Patres, sorores, adhuc auccollat. 2. cap. 9. rem, & animam. Syriacus. Matrem suam, & fratres suos, & sorores suas, & uxorem suam, & liberos suos, atque adeo animam suam, discipulus mihi esse non potest. Tertul. lib. de fuga in perse. suam, quam me, non est me dignus. D. Epiph.

D. Epiph. Adhuc autem & animam suam, non est meus discipulus.

EXPOSITIO I.



CRIBIT Euangelista, versimmediatè antecedenti num. 24. Quod multa turbæ ibant cum Iesu, nunc verò explicat quales oporteat esse illius sectatores, ac discipulos, quænam illis onera sint iniuncta. Quoniam, vt ait Theophylactus, multi ibant cum Iesu, qui non eum omni alacritate, & obedientia sequebantur, sed frigidiores erant. Docet eos qualem oporteat esse discipulum suum, ac veluti informari, & depingit eum. Deinde, quia in superiori parabola protulit Dominus sententiam contra eos, qui ob temporalia, v. g. villam, vel iuga bouum empta, vel vxorem ductam, cenam eius contempserunt, ideò etiam ex hac occasione ait Christus.

Theophyl.

Connexio huius doctrinæ cum superioribus.

2.

Matth. 10.

Euthym. Beda. Bonau.

3.

Si quis. Vt legit Syriacus: Quicumque. Diuinus legislator suas leges in omnes æqualiter promulgat. Venit ad me. Vt meam doctrinam sequatur, meæque disciplinæ se subiciat, vt istæ turbæ multa ad quas Christus loquebatur, facere videbantur. Et non odit. Explicat leges suæ disciplinæ, ac scholæ, quæ non consistunt in hoc, vt quis eum sequatur gressu corporis, sed suo affectu super omnia diligendo. Non odit patrem suum, & matrem. Verbum, odit, non intelligitur absolutè, sed comparatiuè, mei scilicet respectu; vt ipse diuinus Magister explicat Matth. 10. num. 37. Amat plusquam me. Ac proinde. Non odit, abnegat, & reicit, cum docent, iubent, ac suadent aliquid, quod meis præceptis, consiliis, ac doctrinæ auersatur, & obstitit. De quo quæst. 2. Per patrem, ac matrem, cæterasque personas hic nominatas, intelligit omnes personas, res quascumque charas, amatas, & æstimatas, vt notarunt Euthym. Beda, D. Bonauent. & alij. Adhuc autem, & animam suam. Id est semetipsum. Non potest meus esse discipulus. Nec conditionem meorum discipulorum habet, nec remunerationem accipiet.

Dubitatur; an hæc Christi doctrina contineat præceptum, vel consilium? Maldonatus existimat hæc esse præcepti; Ianfenius verò consilij. Ego dicerem esse præceptum, vel consilium ratione materiæ subiectæ; cum patres, v. g. suadent contra Dei legem, v. g. Missam non audire, præceptum est eos abnegare, cum contra Dei consilia suadent, consilium est eis non acquiescere.

QVÆSTIO I.

Quare in superiori parabola Dominus mandat compelli ad cenam; hic verò venientem liberè requirit?

4. Difficultas quaestio.

IN superiori parabola, quam immediatè antea narrat D. Lucas mandauit Dominus seruo: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare. Hic verò in præfenti ait: Si quis venit ad me. Seu vt habet Syriacus: Quicumque venit ad me: & non odit patrem, &c. Et qui non baiulat crucem suam, &c. Ad cenam magnam iubet cogere, ad odium verò patris, & matris, ac ad crucem ferendam exquirere venientem. Si quis venit ad me.

Syluceira in Euang. Tom. IV.

Respondeo. Primò. In cœna deliciæ multæ, ac optima fercula; in odio patris, ac baiulatione crucis multæ mortificationes, labores, ac cruciatus extrabant. Ad suauiam, ac oblectamenta mandata Dominus compellere, vt nullus ab illis expulsus se persuadeat. Ad ærumnas verò, ac pressuras expectat venientem, ne quis conqueratur, quod iniurta colla iugo subiecerit. Celebrato conuiuio quinque millium hominum scribit D. Matth. 14. num. 22. Compulsi Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum. Similiter & D. Marc. 6. num. 45. Coegit discipulos suos ascendere nauim, &c. Postea verò exorta tempestate nauis in maris medio magnis fluctibus iactabatur, discipulique multum laborando remigabant, Apparuit ei Dominus, eoque confortauit: cum autem Petrus ex voce eum agnouisset, ait illi: Si tu es Domine, iube me ad te venire super aquas, ibidem num. 28. Sicut Dominus compulsi discipulos ascendere in nauiculam, ac vela dare in altum, cur etiam Petrum non compulsi, vt de nauis descenderet, ad eumque super aquas veniret, sed expectat Dominus, vt Petrus ad hoc se offerat, dicatque: Iube me ad te venire super aquas. Dominus fecit suos discipulos ascendere nauim, vt illis ostenderet veritatem suæ potentia, ac miraculorum, vt in Matth. docent D. Chrysof. Euthymius. Et in Marc. ait Glossa: Dominus ambulando super vndas, quod haberet corpus ab omni grauedine liberum docuit, & in placando ventos, vndarumq; rabiem sedando, quod elementis dominaretur, ostendit. Suisque subueniendo eximiam curam, ac sollicitudinem in omni periculo manifestauit; Petrus verò descendit in mare, vt cum vndis luctaretur, ab illisque penè submergeretur, indeque in notam modicæ fidei incurrit. Cogit Dominus discipulos ad nauim; Petrus verò se offert ad vndas. In nauis maxime diuina benignitas explicanda erat multis fauoribus in discipulos, quibus ipsi sublimum erant. In vndis verò labor, sudor, ac modicæ fidei nota Petro destinabatur, ad rorem diuinæ bonitatis Deus compellit, ad laborem verò, ac reprehensionis notam homo per se currit.

Secundò. Ad cenam compellit. Compelle eos intrare. Vt eum verò per crucem sequantur libere venientes requirit, & baiulat crucem suam, & venit post me. Procurat Dominus mensam suam suauissimis ferculis plenam compulsi, ac coactis hominibus impleri; ad crucem verò neminem cogit, sed voluntariè venientes exoptat, & baiulat crucem suam, & venit post me. Multa bona sunt in cœna magna supremæ felicitatis, tamen necesse est, vt homines compellantur, vt veniant. At in Christo crucifixo expansis manibus ad sui sequelam omnes vocante, tot dona, ac bona fulgent, & nitent, vt illis tantum propositis, sine vlla coactione omnes libentissimè currant, & volitent. Ioannes Xiphilinus Patriarcha Constantinop. expendens Christi verba Matth. 16. Si quis vult venire post me, sic habet orat. de Adorat. crucis apud Grethler. tom. 2. Vide quemadmodum, ait, neminem cogat, si quis vult, quasi diceret: non vim affero, non cogo. Ad bona enim voco, non ad mala, & odiosa, non ad castigationem, & pœnam, vt etiã oporteat cogere: siquidem ipsa rei natura potens est attrahere. Ideo dicit: magna enim sunt, inquit, que vobis offero bona, ac talia, vt volentes, libentesq; ad se conuertant.

Dei cœna morte, gloriofo triumpho, gloria, & decore indutus Christus Iesus resurrexit, cuius reipsum nuntium

Ad delicta Christus vocat, ad laborem hominè spectat venientem. Matth. 14. Marc. 6.

Chrysof. Theophyl. Euthym. Glossa.

6.

Christus crucifixus compendium omnium bonorum.

Xiphilia.

7.



Marc. 16.

nuntium dans Angelus mulieribus, ait: *Iesum...*

Antioch.

A Christo crucifixo omnia bona.

QUESTIO II.

Quare Christus precipit patrem, & matrem odio haberi, cum precipiat inimicos diligere?

8. Ambros.

DIFFICULTATEM huius questionis late proponit, & expendit D. Ambrosius...

Difficultas questionis.

Matth. 10.

Respondent primò. D. Gregorius homil. 37. Beda: *Exhibere, ait, proximis nostris odij discretionem...*

9. Gregor. Beda.

Ambros. Carchuf. Bonauent.

Iniquitas parentum odij da, ac fugienda.

Psalm. 118.

Respondent primò. D. Gregorius citatus interpretatur illud Psalm. 118. num. 118. *Iniquos odio habui.*

10. Gregor.

Secundò. Idem D. Gregorius citata homil. 37. *Quasi enim, ait, per odium diligitur, qui carnaliter sapiens...*

multum diligit patrem, inde multum odij habet iniquitatem eius; per odium enim iniquitatis maxime amor erga parentem, v.g. negotiatur, cum illius integritas, ac probitas in omnibus procuratur.

Ioan. 12.

Auguſt.

11. Gregor.

Cuncta ratione disponenda.

Theophyl.

12. Psalm. 26.

Ille verus pater, qui filium dat religioni.

13. Suarez.

Sixtus Papa.

Tertiò. Idem D. Gregorius lib. 7. moral. cap. 18. *Discamus, ait, temperata discretionis arte conuenienter diligere, & salubriter odio habere...*

Ait Regius Vates: *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me, Psalm. 26. num. 10.*

Quartò. M. Suarez in Opuscul. lib. 2. de Concursu Dei, cap. 5. *Qui non odit, inquit, hoc est, qui non minus diligit patrem, odisse enim subinde est, quod minus diligere, vt: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

est mater mea, & qui sunt fratres mei. Matth. 12. n. 48. *Non quod sanctam matrem despiceret, sed vt suo doceret exemplo, & ostenderet, preferre eum malis saltem parentibus nos debere, qui ille, nec bonus quidam prauulus.*

14. Auguſt.

Bonauent.

15. Cant. 1.

bernard.

Apoc. 1.

Gladio cognatio terrena amputanda.

Bernard.

16.

Genes. 31.

Basil.

Perfecta anima abiit amorem parentum.

Gregor.

sanctimonia declaratur, cum ea maiori cum facilitate dissoluimus. Vide tom. 2. cap. 15. quæst. 6. n. 58. & 59. & cap. 23. quæst. 8. num. 60. & vide infra in hoc cap. quæst. 6.

QUESTIO III.

Quare dum Dominus precipit veram parentum, ac propinquorum dilectionem, eam sub odij inuolucro complicat?

IN præfenti sententia: *Qui non odit patrem, & matrem, docet Christus, vt patet ex superiori quæst. veram parentum, ac propinquorum dilectionem, vt quando sunt adiumenta ad Deum legem, ac animæ salutem, eos amemus, & sequamur; quando verò sunt impedimenta, & obstacula, eos nesciamus, & fugiamus.*

Respondet primò ex his, quæ ex Chrystostomo notat Theophylact. in cap. 12. Ioan. num. 25. *Qui non odit animam suam, Verbum odij in his, & similibus locis significat summam affectionem, quod cum parentes suadent aliquid contra Dei legem, ita sunt relinquendi, ac si odio haberentur.*

Secundò. D. Ambrosius ferm. 15. in Psalm. 118. *Non ergo necessitudinum intestina bella mandauit, sed illecebram suspectam habuit.*

Quod optimè confirmat sanctus Pater; *Serpens ille callidus, ait, & astutus ad construendas nequitiæ suæ artes, quo incorruptæ, ac rudis naturæ dote fundatum primogeniti Adam labefactaret affectum, & feminis magis illecebris, quas suis commisit venenis.*

17. Difficultas questionis.

18. Chrysoſt. Theophyl. Summa auerſio à parentibus suadentibus contra Dei legem. Galat. 13.

18. Mai. 53.

19. Ambros.

Illecebra mulierum fugienda.

20. Ambros.

Fortissimum demonis telum illecebra mulierum.